



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 49. Avenionensis Ecclesia in Metropolitanam erecta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. mitteret, quantocius Sultanus Ach-
A.C. 1475. metem Bassam cum classe quingentarum
 fere navium, quæ pro Cretensis Insulæ
 expugnatione fuerant instructæ, eo con-
 tendere iussit. Obsessi hinc Turcarum
 copiis arctius undique cincti post pauco-
 rum dierum obsidionem urbis deditionem
 facere compelluntur, capto etiam ipso
 Tartarorum Rege, qui unacum duobus
 suis fratribus, ac nonnullis Genuensibus
 nobilitate inclytis ibidem inclusus erat.
 Hi omnes unacum præcipuis urbis civi-
 bus Constantinopolim captivi abstraher-
 bantur, ac demum tota illa regio in Ma-
 hometis potestatem redigebatur. Horum
 fatale fatum ingentem Polonis incussit
 terrorem, indeque totus, qua late patet,
 Oriens innumeris tumultibus ardebat.

§. XLIX.

*Avenionensis Ecclesia in Metropolita-
nam erecta.*

Naugier.
Hist Eccl.
Avenion.
S. Marth.
Gallia Chri-
stiana.
Bouche hist.
Provins.

Ad hunc quoque annum revocari posse
 videtur Avenionensis Ecclesiæ in
 Metropolitanam erectio a Sixto IV. Pon-
 tifice facta, qui eidem Carpentoracten-
 sem, Cabillonensem, & Vasionensem E-
 piscopos in Suffraganeos dedit. Olim
 hæc urbs sedes erat Episcopalis Arela-
 tensi Archiepiscopo subjecta, ubi ce-
 lebre erat Capitulum, cujus Canonici
 Anno

Anno Domini millesimo nonagesimo sex-
 to præsentè Urbano II. summo Ponti-
 fice Regulam S. Augustini profitebantur;
 anno autem supra millesimum quadrin-
 gesimo octogesimo primo a Sixto IV.
 ad sæcularium Clericorum statum redu-
 cebantur. Eorum Ecclesia Metropolita-
 na sub invocatione B. V. M. exstructa
 tam vetustate, quam magnificentia cele-
 bris primum illius Episcopum veneratur
 Sanctum Rufum: Primus vero illius Ar-
 chiepiscopus erat Julianus de Ruverre,
 qui postea summus Pontifex creatus no-
 men Julii II. assumpsit, ac ibidem sequen-
 ti anno millesimo quadringentesimo se-
 ptuagesimo sexto die vigesima secunda
 Mensis Augusti Collegium condidit, quod
 ab ejus nomine Ruverreum nuncupatur.

Sæcul. XV:
 A.C. 1475.

§. L.

*Alphonsus Lusitanæ Rex jurium
 Joannæ Castellanae vindex.*

Hoc anno Castellæ Regi, ac Reginae a-
 trocissimum imminebat bellum ad-
 versus fautores Joannæ, quam Henricus
 ejus Pater morti proximus hæredem di-
 cebat. Villenæ Marchio, cum probe in-
 telligeret, Isabellam jure suo in Castellæ
 Regnum nullo pacto potituram, nisi cu-
 jusdam exteri Principis potentia, atque
 auctoritate suffulta esset; hinc Alphonsi

K k 3

Lusita-